



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

28. Ne sacerdos vexetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

- 424 SECUNDA APPENDIX
- |  |  |
|--|--|
| 40. De manso & decimis.  | 49. De viduis quæ professa continentia prævaricantur.                              |
| 41. Ne quis de servili conditione promoveatur ad clerum.   | 50. De viduis quæ viduitatem professæ sunt coram Episcopo.                         |
| 42. De bonis ecclesiasticis.   | 51. De virginibus quæ infra xxv. annos necessitate cogente velantur.               |
| 43. De patrimonio Clericorum.  | 52. Non liceat mulieri sanctum velum acceptum dimittere.                           |
| 44. De feminis quæ religionis vestem in domibus propriis mutaverint, si postea concubitum elegerint, quid agendum sit. | 53. De communicantibus.  |
| 45. De viduis.   | 54. Cùm sacerdos moritur, quid de ejus rebus observetur.                           |
| 46. De virginibus non velatis.   | 55. De accusatis sacerdotibus, sive etiam de optimatibus palatij, atque Gardingis. |
| 47. Ne Clerici viduarum familiaritati associentur.   | 56. Ne quis sine actore condemnetur.   |
| 48. De viduis quæ Ecclesiæ stipendiis sustentantur.  |  |

INCIPIT TEXTUS

CAPITULORUM.

Ne sacerdos vexetur. *Ex Concilio Aurelianensi*  
cap. VIII.

XXVIII. **R**ELATUM est sanctæ synodo quòd à malis Christianis plurimæ vexationes sacerdotibus Christi seu ceteris Clericis inferioris gradus sæpissime inferantur. Unde visum est sancto Concilio, ne postea talia existant, jaculo spiritali percutere, ut si quis Clerico aliquam injuriam seu ca-

lumniam ingesserit , à liminibus sanctæ Eccle-  
siæ arceatur usque ad condignam satisfactio-  
nem.

Ex Concilio Rotomagensi.

XXIX. *Capitulum manuscripto nostro  
deest.*

De demigrantia Clericorum.

XXX. Cùm fraternitatem tuam confida-  
mus canonum statuta & vigorem dirigere dis-  
ciplinæ, hoc tibi indagandum mandare cura-  
vimus, ne ingenui Clerici, qui capacioris &  
argutioris sunt ingenij, ad loca quæ scientia &  
doctrina excellentiora conspiciuntur, discendi  
( *ditescendi* ) gratia præ ( *nisi habita* ) utilitate  
Ecclesiæ suique necessarij petendi *causa* trans-  
cendant.

Invidia Pontificum sæpe prohibentur, dum  
c. xx. Chalcedonensis Concilij eis opponunt,  
ubi dicitur Clericos in Ecclesia administrantes  
in alterius civitatis Ecclesia statutos fieri non  
oportet, & sequentia invida obfuscatione abo-  
lent, ubi illi excipiuntur qui ex necessitate ad  
aliam Ecclesiam transferint. Magna sanè ne-  
cessitate premitur qui fame constringitur; &  
qui injuria arctatur insipientiæ, opus habet  
refici doctrina scientiæ. Inter fugitivum deni-  
que & studiosum cautè ab Episcopo discretio  
prospici debet, ut ille locum delitescendi non  
inveniat, isti verò locum in melius mutare &  
ire de virtute in virtutem offendiculum non  
opponatur, sed caritatis adjutorio, quæ nun-  
quam excidit, sublevetur. Igitur si piè & justè